

Heider, Daniel: Gründliche Außführung, Wessen sich deß H. Reichs Stadt Lindaw, wegen einer ... in anno 1628 ohnversehens abgelöster, vnd dem ... Grafen von Montfort ... sampt mitergriffnen vier Dörffern, überlassner ... der Ertzhertzogin Claudiae ... pendente lite cedirter Reichs-Pfandschafft ... wider menniglich zu halten ... vnd zu getrösten hab: Mit Ends angehenckten ... documentis ... Ubi ex jure publico .... [!]

Nürnberg, 1643

Seite 551

551.



(12.)

**Tauschbriefe/**

**Über zwey Häuser zu Lindaw/ zwischen dem Stifft vnd der Stadt daselbsten.**



**D**arauß ist zu erweisen/ quòd domus & curia, officina & plerumq; fundus dotis Monasterii singulare jus libertatis habeant. Testis est inter alios, **Ulricus Monetarius & facta fuit permutatio in Palatio Monasterii. 22. Maji 1264.**

*Hæc est su- per scriptio à Monaste- rio addita.*

Omnibus præsentium inspectoribus Sigena divina permissione Lindaugensis Abbatisa totusq; Conventus ejusdem, noticiam rei gesta cum salute. Expedic facta hominum litteris annotari, ut omnis impostherum auferatur occasio litigandi. Noverint igitur universi, quòd nos unanimi consensu domum seu curiam, monasterii nostri sitam in pomario ante domum Jacobi nunc Sculteti, quam dilectus in Christo H. Camerarius Ecclesiæ nostræ Canonicus ad usus suos possidebat, Ministro, consulibus nec non tota universitati Lindaugensi, augmentationis causa Cymiterii S. Stephani, dedimus in concambium seu permutationem domus & curiæ Ulr. dicti à Buchel Civis loci prædicti, qui idem Ulr. justo emptionis titulo comparavit & comparatam possedit. Verum quidem, cum talis permutatio prima fronte in præjudicium libertatis nostræ ac Monasterii nostri, quam habemus & hæctenus ex fundatione habuimus in domibus, officinis & plerumq; in fundo dotis ipsius Monasterii, facta videretur: dicti Scultetus, Consules nec non tota universitas profitendo dictam libertatem statuerunt & statutum in perpetuum bona fide, sine dolo & fraude servare promiserunt, ut dicta domus & curia nobis tradita omni libertatis jure fruatur, quo domus & Curia ipsis in concambium seu permutationem data, unà cum, omnibus officinis hæctenus usa est pacificè & quietè. Hujus rei testes sunt hi, Waltherus vice-plebanus S. Stephani Rector verus Ecclesiæ in Wizinsbere, Bidermannus Sacerdos celebrans ad Sanctam Mariam, Marquardus dictus Kizi Sacerdos, H. dictus Birthil Senior, H. filius ejusdem, Elias Ru dictus Buchel, Hainr. dictus lance, Albertus Laslaur, H. dictus Sneppe Ulr. &c. monetarius & alii quam plures. Nos verò Scultetus, consules, totaq; universitas, præmissa, prout præmissa sunt, fecisse & in ea consensisse præsentibus profitemur. In hujus facti testimonium & evidentiam, prælens Instrumentum conscribi fecimus de consilio & consensu consulum & universitatis, sicut superius dictum est, & eorum sigilli robore & nostri fecimus communi. Acta sunt hæc in nostro Palatio Lindaugensi Anno ab incarnatione Domini M. CC. LXIII. XI. Kalend. Junii Indictione VII. Datum tempore & loco superius prænotatis.



(aa.)



**D**rofert enim Additionator Hundii *Metrop. Salisb. tom. 3. sub rubr. Weichenstephan. fol. 457.* Diploma Heinrici II. quo dedit ad Monasterium S. Stephani quandam partem cujusdam Insulæ Sahsonagavæ dictæ, in Provinciâ Orientali, juxta Danubium & in Marchiâ Adalberti Comitissitam, &c.

Hundius quoq; ipse adducit in *d. metrop. tom. 2. sub rubr. S. Haymerani, fol. 368.* Instrumentum, in quo Arnolphus Imp. profitetur, se civitatem suam, quæ vocatur Ratispona, amplificasse & auxillis; & eandem totam noviter factâ cum 40. vineis in monte, qui est in ripâ Danubii juxta eandem civitatem, prædicto S. Haymerano

